

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XXVII. TIT. III. De Tvtelæ Et Ration. Distrah. Et Utili Curationis Causa  
Actione.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

RESP. Agitur de educatione committenda, in qua mater præferatur non de communiss jam a patre.

LIB. XXVII. TIT. III.

DE TUTELÆ ET RATION.

DISTRRAH. ET UTILI CURATIONIS  
CAUSA ACTIONE.

Qv. I. An hoc singulare sit, quod haeres non teneatur ex levi  
culpa tutoris?

NEGATUR: Sed hoc est Juris Communis, cuius ratio exponitur in  
*L. 6. §. p. de His, qui non inf. ibi: non tamen in tutela vel pro socio  
haeres suo nomine damnari potest, quia haeres neque in tutelam, neque in  
societatem succedit.* Apparet ex hac *Lege*, heredem, ratione officii tu-  
telæ, quod nūquām suscepit, & quod ei delatum non est, non teneri,  
sed tantum ex suo dolo. Sane nulla ipsius est utilitas, quo casu præter  
dolum nihil præstatur. *L. 5. §. 2. Commod.*

O B J. Quod omnino aliquid singulare hic videatur, quia regulariter  
actio, quæ in defunctum competit, in hærede mutari non potest. *L. 2.  
§. 2. de V. O.* quod tamen hic fit; nam contra defunctum etiam ex  
levi culpa agebatur, contra hæredem tantum ex dolo.

RESP. (1) Regula *d. L. 2.* patitur exceptionem: nisi actio quæ  
dam cohæreat soli personæ defuncti, & intuitu ejus officii competat;  
tunc enim illa actio saltem contra personam defuncti datur, qui solus  
tutor fuit, & ob dolum tantum contra hæredem; dolus enim nūquām  
debet esse impunitus.

RESP. (2) Vera est illa regula de *substantia obligationis*, quæ est res,  
quæ debetur, & genus causæ, ex quo debetur, hæc substantia mutari in  
hærede nequit, *d. L. 2. at praefationes in hærede mutari possunt;* non  
enim semper in solidum tenetur. *Capz. p. 2. c. II. def. 35.*

Cujacius contra communem sententiam statuit, hæredem etiam  
ex levi culpa tutoris teneri, indeque in *L. 1. C. de her. tut. nega-*  
*tivam expungit:* idque ex duplice ratione: (1) quia haeres ex con-  
tractu defuncti tenetur; ergo & levi culpa; (2) quia receptum est,  
hæredem tutoris negligentiæ proprietate non teneri, *L. 4. §. 1. ff. de  
fidej.*



*fidej. tut. L. 4. ff. de Mag. conv.* quo satis indicatur, propter negligentiam defuncti hæredem obligari. Vid. *Goth. add. L. 1.* Sed prior ratio fallit, quoties actio ex contractu ratione officii datur, uti in tutela, per text. expr. in d. *L. 6. posterius* argumentum autem claudicat; nam hæres nec ex propria negligentia, nec ex tutoris culpa tenetur.

Qv. II. *An actio de tutelis &c. necessario debeat institui in loco, ubi tutor administravit?*

*Laut.pag.* **A**FFIRMAT Lauterbachius: sed demonstratum est *supra tit. de jud. 475. verb.* q. ii. id etiam in loco domicilii fieri posse. Evidem in *L. 2. in instituitur f. C. de ratioc.* dicitur, reum in loco gestionis respondere debet, sed *necessario* &c. eo non excluditur locus domicilii; actor enim regulariter in priori agit, & ejus favor est, sed ille suo commodo renunciare & forum domicilii sequi potest. Vid. *diff. q. ii.*

Qv. III. *An haec actio sit personalis mixta?*

*Laut.pag.* **A**FFIRMATUR: mixta autem est ex pena & rei persecutione. *L. 475. verb.* **A** 2. §. 2. h.  
*mixta.* *OBJ.* *L. 1. §. 23. h.* ubi dicitur *pœnalis.*  
*RESP.* Est pœnalis, sed mixta cum rei persecutione.

## LIB. XXVII. TIT. VIII.

DE

MAGISTRATIBVS CON-  
VENIENDIS.

Qv. I. *An magistratus saltem in subsidium conveniatur?*

*Laut.pag.* **A**FFIRMATUR: Nam cum tutores gesserint, merito prius sunt ex-  
477. verb. *477. verb.* **A**cutiendi. *L. 5. h. L. 1. §. 15. de tut. & rat. diff.*  
*Datur in* *OBJ.* *d. L. 1. §. 15.* ubi prius conveniuntur magistratus, & tunc  
*subsidium* &c. *demum* tutores.

*RESP.* Loquitur expresse de contutoribus honorariis, qui debebant suspectum facere suum contutorem; si enim id non fecerint, tunc conveniuntur quidem honorarii, sed non nisi excusso magistratu-

Qv.

